

Federico II di Svevia

*Arenga 073*

Basilicata University Press

—

*Digital Humanities*

Edizioni e data-bases digitali

sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

Federico II di Svevia

*Arenga 073*

Aprile 1208

Ex quo vix valemus ad eternam patriam

Ex quo vix valemus ad eternam patriam ex meritis proprie actionis ascendere, expedit, ut misericordie operibus inherendo sacrosanctas ecclesias diligamus et, dum in hoc seculo temporaliter vivimus, virtutum scalam, per quam ad gaudia eterna conscenditur, nobis diligentius preparemus. Illud enim et ad reformandum regni nostri statum et eterne salutis gloriam optinendam credimus profuturum, quod ecclesiis et venerabilibus locis conferimus et ad illius gloriam, qui in eis colitur, misericorditer elargimur.